A 16

325

A

16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

13
325 A 16.
KW

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE ODIO ABUSUS.

QUAM

DEO PRÆSIDE

Ex auctoritate

RECTORIS MAGNIFICI

Dn. JOHANNIS à MARCK,

Phil. ac S. S. Theol. Doctoris, hujusque ut et Hiſtoriæ Sacræ Profeſſ. Ordinat. Eccleſiaſtæ Provinc. ſolid:

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU NOBILISSIMÆQUE FACULTATIS JURIDICÆ DECRETO

IN

Illuſtri, Illuſtr. ac Præpotent Groningæ & Omlandiæ Ordin. Academiâ,

PRO GRADU DOCTORALI

Summiſque, in Vtroqui Iure, Honoribus ac Privilegies ritè & legitimè conſequendis

Modeſto Eruditorum Examini ſubjicit

LUBINUS EYLES.

Die 18. *Menſ. Autumnal. Anno* 1688.

H. L. Q. C.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

GRONINGÆ,

Typis HENRICI ab HOORN, Typographi & Bibliopolæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

DEO,

PATRIÆ,

MOECENATIBUS,

PATRONIS,

FAUTORIBUS,

ATQUE

AMICIS,

HASCE PAGELLAS

D. D. C.

AUTOR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

Q. D. B. V!

POſtquam inclyta almæ hujus Academiæ Facultas Juridica, peractis in utroque Jure examinibus, diſputationem inauguralem conſcribendi defendendique licentiam conceſſit, haud immeritò (cum non omnibus idem placeat, ſed nonnullis elucubrationes ſubtilitatum Juris antiqui, non nullis contra illa quæ utilitas commendat arrideant) diu multumque mecum meditatus ſum, quamnam præ cæteris ex ampliſſimo ſimulque amœniſſimo jurium campo materiam tractandam Doctorumque examini ſubmittendam eligerem. Tandem cum mores hujus perverſi ſeculi conſideranti occurreret, ſanè admodum exiguos potentia & facultatibus conceſſis, juſtè ſeu legitimè, id eſt, ſecundum convenientem modum uti, plures vero in perniciem Reipublicæ, vel proximi, vel ſui ipſius, plerumque malitia, rarius ſimplicitate ſeu ruſticitate interveniente, quotidiè abuti; inſuperque illud quod juſtum circa ea quæ ſæpius accidunt plenius attingendum: *ſec. JCt. in l. 25. ff de liber. legat.* Odium legale in abutentes conſtitutum paucis delineare in animum induxi. Sed hoc ut benè feliciterque cedat, auxilium cœleſtis Numinis, in cujus nomine ad omnia conſilia omnesque actus nos ſemper progredi decet, *arg. l. 2. pr. C. de Offic. Præfect. Afric.* devotâ mente imploro, haud ignarus benè ac competenter univerſa geri, ſi principium rei peragendæ fuerit decens ac amabile Deo. *Novel. 6. præfat.* Hic igitur hujus qualis qualis laboris principium, medium & terminus eſto. *text. in Nov. 109. pr.*

THESIS. I.

DE prædicta autem materia, nimitum de *Odio abuſus* in quantum huic labori deſtinatum tempus & pagellarum anguſtia patitur, acturus, in origininem & vim vocum ut paululum inquiram tum conſuetus diſputantium mos, tum exindè percipienda utilitas ſuadet. Non enim novum ſed antiquum eſt inſtitutum rebus immiſcere quæ ad Grammaticam ſpectant, *l. 1. ff. Depoſit. vel contr. l. 3. & 4. C. de V. S. §. 5. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit. Cl. JCt. Gerhard. Feltmann. tr. de Jure in re & ad rem. cap. 1. n. 1. & cap. 3. num 4.* nam in omni tractatu, quamvis potior rerum, *arg. l. 7. inf. ff de ſupellect. legat. l. 1. ff. de Reb. Cred.* prior tamen plerumque verborum ratio haberi ſolet, *teſt. Theodor. Reincking. de Regim. ſecul & Eccleſiaſtic. lib. 1. Claſſ. 1. cap. 1.* nec fruſtrà, horum namque magnam eſſe vim in docendo & diſputando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

tando tradunt, quia omnis cognitio noſtra procedit & dependet à præcognitione vocum, *Ioh. Scharffius in Manual. Logic. lib. 2. loc. 1. ab uſu Voc. p. m. 312.* Uſu vocis enim cognito in ipſius rei feliciorem provehi ſolemus perceptionem. *Acutiſſ. Scaliger Exercit. ſubtilit. 1. princip.*

II. Vocabulum Odium igitur quod attinet non nulli illud à græco verbo ὀδύω vel ὀδύσσω id eſt iraſcor dirivatum eſſe volunt, *int. quos Ioh. Iacob. Dentzler. in Clav. ling. latin. voc. Odium.* nonnulli contra illud origine latinum ac primitivum, ut vocant, eſſe, affimare neutiquam dubitant. *vid. Ioh. Liudner. Fodin. ling. lat. d. voc. odium.* De hac autem lite cum inſtituto meo parum inſervire queat, non ſum ſollicitus, ſed unicuique liberum relinquo cui opinioni adſtipulari velit. Homonymia potius ſpectanda.

III. Sumitur autem plerumque formaliter prout importat appetitum diſſonantem à charitate. *Ioh. Otto Tabor. Theſaur. loc. Commun. lib. 13. cap. 16. axiom. 6.* Aliquando accipitur latius, prout ſignificat tædium & moleſtiam, in quo ſenſu reperitur quoque paſſim apud bonos autores. *vid. Terentius in Eunuch. act. 3. ſcen. 1. vers 15. & act. 5. ſcen 6. vers 2.* Aliquando pro faſtidio ſeu deteſtatione, ſic enim ſacræ paginæ: Deus odit omnes operantes iniquitatem. Aliquando pro afflictione & pœna, odit namque qui affligit & punit, ut Judex, licet odio vacet. *Ioh. Calvinus. in lexic. Iuridic. voc. odium.* Atqui in hac poſtrema ſignificatione hic potiſſimum accipitur.

IV. Evoluta ergo definitione nominali vocis odii, ordo requirit ut etiam intueamur vocem abuſus, quæ eſt à verbo abutor, quod compoſitum à verbo utor præfixa præpoſitione Ab.

V. Denotat autem verbum abuti varia & ſic conſequenter vox quoque abuſus. Aliquando enim utendo conſumere, *Non. Marcell. & Boëtius in Top. Ciceron.* & ſic abuſus conſumptionem per uſum ſignificat. *l. 11. §. 2. ff. de jure jurand. l. 5. §. 1. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* & hoc ſenſu uſui opponi ſolet, ita ut hic dicatur earum rerum quarum ſubſtantia poſt uſum ſalva manet. Alia ratione uſus & abuſus ſibi invicem opponuntur, quatenus nimirum uſus ad neceſſitatem refertur, abuſus verò largiorem licentiam continet *l. 12. §. 1. ff. de Uſu & habitat. add. §. 1. I. eod.* Porrò abuti etiam dicitur qui ad alium uſum re utitur quam in quem ea comparata eſt, *Ioh. Borcholt in Comment. Inſt. ad §. 2. de Uſufr.* ſeu eius qualitas & conditio patitur *l. 15. §. 1. ff. de Uſufr.* ſeu ſecus ac vir bonus ea uti ſolet; *d. l. 15. §. 4. ff. de Uſufruct.* & ſic abuſus eſt rei in uſum inordinatum ſeu rei & bono viro minimè convenientem

converſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

converſio: atque in hoc ſenſu hæc vox hic capitur. In vernacula noſtra lingua dicitur Mißbrauch.

VI. Explanatâ ſic breviſſimè definitione nominali, ad realem me converto & ex præmiſſis, ſi non ſecundum Logicorum regulas, ſaltem ſecundum Ictorum morem (ut qui non admodum de accurata definitione propter materiarum ſubjectarum latitudinem & verarum differentiarum paucitatem & penuriam ſolliciti eſſe poſſunt. *Everhard Bronchorſt ad l. 202. ff. de Reg. Iur.* indeque ſaltem deſcriptionibus ſeu notificationibus à poſteriori ſumptis utuntur. *Ioh. Schneidewinus ad* §. *ſed iſtæ n. 14. Inſt. de action. add. Dn. Feltmann. d. tr. cap. 9. num. 36.*) odium abuſus definio, quod ſit, legalis, inconvertentes res in uſum inordinatum bonoque viro minimè convenientem, animadverſio.

VII. Quod autem abuſum leges admodum exoſum & deteſtabilem habeant, Juris Codicem, Legumque Interpretum ſeu Doctorum ſcripta, pervolventibus ignotum eſſe nequit, ſatis clarè enim ex his nobis conſtat, abuſum, quatenus in publicum incommodum & privatam injuriam vergit, non admitti ſed variis modis coërceri. *vid. paſſim leges & inter has* §. *2. I. item l. 1. & 2. ff. de his qui ſui vel alien. Iuris. ibique DD. item David. Mevius part. 3.* Dec. 38. *n. 1. Frid. Huſanus de hominib. propr. c. 8. n. 24. Ionas Euchar. Erhard. tr. de oper. Ruſticos Concluſ. 30. lit. e. inf. Ioh. Gryphiander œconom. legat. lib. 2. c. 15. num. 61. Henning. Arniſæus tr. de Autor. Principum in popul. inviolab. cap. 4. n. 15.* Itaque axioma quoddam generale ex illorum mente ac opinione ex ſtruere neutiquam dubito, ſed hiſce verbis profero: Quoties abuſus in præjudicium Reipublicæ vel alicujus tertii tendit, toties eſt odioſus & pleriumque privationis pœnæ ſubjectus.

VIII. Ratio verò quare leges ſemper odio proſequantur abutentes, conſtituendo ſcilicet pœnas, adeò ut ſæpe dominio ac omni jure utilitateque eos privent, nulla alia eſt quam favor Reipublicæ, cui inter eſt, ne quis re ſuâ malè utatur, *d.* §. *ult. Inſt. de his qui ſui vel alien. jur.* ſed ut habeat locupietes ſubditos; *p. Nov. 8. pr.* quod tamen admodum difficulter obtineretur quando liberrimus rerum & juris uſus cuilibet absque omni reſtrictione eſſet conceſſus, quoniam plurimi ob depravatos hujus ſeculi mores præſertim poteſtate abuſuri, resque ſuas admodum ſegniter tractaturi eſſent, qui tamen jam metu privationis rerum & poteſtatis, vel aliâ pœnâ, intantum cohibentur, ut, ſi non virtutis amore, adminimum tamen formidine pœnæ, illis quæ ſunt officii ac poteſtatis, rebusque ſuis intenti eſſe adigantur.

IX, Juſtiſſimas proindè leges iudico, quæ abuſum ſub pœna amiſſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

nis vel alia damnant. Nam licet quilibet naturaliter ſit rerum ſuarum moderator ac arbiter, *l. 21. C. Mandat. Petr. Mullerus. Iurisprud. Element. Diſp. 22. th. 3.* præcipuusque Dominiorum effectus in diſpoſitione ſuarum rerum liberrima couſiſtat, *Schneidewin. ad pr. I. quib. alienar. licet vel non* attamen haud negandum Principem vel alium quemlibet ſummam in republica poteſtatem habentem hunc dominii uſum liberrimum reſtringere illique certos limites ponere poſſe. *Caſpar. Mantzius ad Rubricam Inſt. tit. de Rer. Divis. n. 19. Johan. Pommereſch in annot. ad d. S. Inſt. de his qui ſui vel.* Quilibet enim Princeps jure ſuperioritatis territorialis leges rectè condit. *Reincking de R. S. & E. lib. 1. Claſ. 5. cap. 6. n. 7. Philippi. Uſu. practic. lib. 1. Ecloh 9. Georg.* Brautlacgt. *Epitom. Iur. publ. lib. 3. cap. 5. §. 13.* ac per has ſubditos ut præcepta faciant & prohibita omittant, ſub pœna obligat, *l. 2. 7. ff. & l. 3. C. de LL.* dummodo tamen ſint poſſibiles naturaliter *l. 185. ff. de R. I.* & moraliter *a. l. 15. ff. de condit Inſtit.* id eſt, non contineant quæ natura impoſſibilia vel iure naturali & divino poſitivo vetita vel præcepta, quia alias ad illarum obſervationem ſubditos non obligaret. Ratio deſumitur à defectu poteſtatis legislatoriæ ad hæc ſe non extendentis, quem ſequitur protinus defectus obligâtionis in ſubditis. Quod ergò neque naturaliter neque moraliter turpe eſt, Princeps optimo jure præcipit, & ſubjectos, qui omne Imperium & poteſtatem ipſi conceſſere, *p. §. 6. q. de I. N. G. & C.* ad illius obſervantiam obligat; & ſic quoque leges quæ abuſum ſub pœnâ privationis vel aliâ ſive arbitrariâ vel certâ, quoniam juri naturali ac divino poſitivo nequaquam ſunt contrariæ ſed reipublicæ maximè utiles ac neceſſariæ, absque injuſtitiæ nota condere poteſt. Nam ſi Princeps utilitate ac neceſſitate publica id exigente ſubditis res ſuas atque jus quæſitum auferre poteſt, prout non obſcurè patet ex Legibus Doctorumque aſſertis. *vid. l. 15. § 2. ff. de Rei vindicat. l. 11. de Evictione. l. 23. ubi DD. in pr. de aqua & aq. pluv. arcend.* Domin. *Cardinal. Tuſchus. tom. 6. Pract. Concluſ.* 680. *lit. p. Paul. de Caſtro Conſil. 107. n. 7. in f. Matth. de Afflictis* Dec. *Neopolit.* 361. *n. 4. Petr. Gregorius Tholoſanus l. 7. de Republic. cap.* 20. *Petr. de Andlo lib. 2. de Imper. Roman. ibique Marquard. Freherus in not. ad verb. tollere alicui rem ſuam pag.* 187. *Aymo Craveita Conſil.* 246. *n.* 10. *Iacob Andr. Cruſius tr. de præeminenti Dominio cap. 4. n. 3. & ſeqq. ibique magno agmine citati.* quidni & ob eandem reipublicæ & ſtatus utilitatem certum dominio utendi modum præſcribendi potentiam & facultatem haberet, cum utique illi qui magis poteſt non denegandum ſit quod eſt minus *l. 21. l. 110. ff. de R. I. c. 53. in 6. eod.* Accedit, quod quilibet Societatem Civilem ineundo, ſi non

expreſſè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

expreſſè promiſit, tacitè ex rei natura promiſſe intelligatur ſe approbaturum & ſecuturum id quod ex uſu ſocietatis publicæ bonum & æquum viſum fuerit. *text. notab. in l. in hac actione 65. §. Labeo 5. ff. pro Socio.* ſalutem enim reipublicæ quovis modo promovere Civis ejus obſtrictus eſt, *uti rectè aſſerit illud quondam Iuliæ decus Hermannus Conringius in præclaro opere de finib. Imper. German. cap. 19.* Secundum hæc itaque antea allegatæ regulæ: Quilibet eſt rei ſuæ Moderator ac arbiter; hæc limitatio addenda: dummodo moderetur ſecundum præſcriptum juris & ad utilitatem reipublicæ *p. l. non dubium 5. C. de LL. Mantzius. ad §. f. Inſt. de his qui ſui vel alien. jur. num. 21. Reincking. ad l. final. C. de pact. n. 91.*

X. Perpenſa itaque ratione & juſtitia ſuperius adducti axiomatis, exempla (cum rem illuſtriorem reddere & plenius declarare ſoleant, *teſtant. Iacob. Andr. Cruſio tr. de jure detract. & emigrat. cap. 10. num 26.*) nonnulla, odium abuſus legale clarè & ſic veritatem axiomatis remonſtrantia, ſubjungere neceſſarium duco. Hoc autem commodiſſimè fieri poſſe exiſtimo ſi ductum Imperatoris tria juris objecta in tractatione Inſtitutionum conſtituentis, *ſec. §. ult. Inſt. de I. N. G. & Civit.* ſequar, primoque Odium Abuſus juris vel poteſtatis in perſonas competentis, deinde odium abuſus rerum & denique actionum per exempla demonſtrem.

XI. Hoc modo proceſſuro primò ſe hic offert poteſtas Maritalis ex Societate nuptiali (quæ omnium ſimplicium prima, *Ioh. Friedr. Hornius in Architect. lib. 1. cap. 1. §. 2. n. 5.*) ortum ac originem ducens. *Georg. Adam Struv. Syntag. Iur. Civil. Exercit. 29. th. 56. in fin. Hieron. Treutlerus. Volum. 2. Diſputat. 6. th. 7. lit. 1.* Eſtque jus Marito per legitimas nuptias in perſonam & bona uxoris quæſitum. *Mullerus. Iurisprud. Element. Diſp. 9. th. 10.* Sunt quidem qui hanc poteſtatem Maritalem quoad perſonam uxoris certo modo ad jus vitæ & necis extendunt, *Hornius d. l. §. 5. n. 8. ſeqq. Cl. Samuel Puffendorff de I. N. & G. lib. 6. §. 11.* eamque ſic revera multis gentibus competiiſſe tradunt, *vid. Dn. Lederer de Iure Belli privat. lib. 2. cap. 4. §. 8.* Sed hoc, cum inſtitutis Rebus publicis & in eis judiciis, neque Imperium neque jurisdictionem, ſed ſaltem poteſtatem privatam ac domeſticam, *Ioh. Goeddæus ad l. 215. n. 3. ff. de verb. ſignif.* in rebus conjugii & familiæ, cujus uxor pars fieri dicitur, *Hugo Grotius de Iure Belli & Pacis. lib. 2. cap. 5. §. 8.* Maritus conſiſtentem habeat, hodiè amplius admitti nequit. *arg. l. 176. pr. ff. de R. I.*

XII. Moderna proindè Maritalis poteſtas in perſonam uxoris, potius in pietate, quam in atrocitate conſiſtere debet. *arg. l. 5. ff. ad L. Pompej.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

Pompej. de Parricid. Quis enim non miſereatur illarum propter obſequia quæ Maritis præſtant, propter partus periculum & ipſam liberorum procreationem *text in l.* 12. §. 1. *C. qui potior. in pign.* Non ergò ſtatim afficiendæ ſunt uxores verberibus, aut alioquin ſeverius tractandæ ubi forſan erraverint, ſed potius corrigendæ mollibus verbis atque maritali ſermone, *p. l. ult. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohibuer.* ſeu ut Apoſtolus inquit, potius amore & prudentia quam vi regendæ. *Epiſt. ad Epheſ.* 5. *v.* 25. *&* 28. *item* 1 *Petr.* 3. *v.* 7. Non enim mulier ex capite viri prodiit ne ſibi arroget heræ partes, neque ex pede, ne ſerva planè videatur, ſed ex coſtâ, ut lateri adhærens ſocia eſſet Marito, *uti inquit gloſſ. in c. ult.* 33. *quæſt.* 5. Ethnici quoque Politiores, jure naturæ edocti juſtum hoc quoque reputarunt; hinc Cato ille Cenſorius, vir alioquin ſexui fœmineo parum amicus, non eſſe verberandas uxores contendit: & ſi quis uxori manus inferret, non aliter quam ſi Dearum ſimulacra temeraſſet inſectandum & deteſtandum eſſe paſſim affirmavit. *Plutarch. in vita Caton.*

XIII. Dicta tamen intelligenda ſunt ſi Conjux verbis regi non renuat; quod ſi verò ſit refractaria, ita ut verba careant effectu, Marito jus modicè eam verberibus coërcendi denegari non poſſe mihi firmiter perſuaſum habeo, *p. l.* 3. §. 3. *ff. ad SCt. Syllanian. Novell.* 117. *cap.* 14. *vid. etiam Benedict. Carpzovius praxi. Criminal. part.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 50. *Herman. Goehauſen Pericul. academ.* 3. *quæſt.* 15. *Soto de I. & I. l.* 5. *q.* 2. *a.* 2. dummodò illud ex juſta cauſa, (quales ſunt omnes illæ quæ de jure civili *ſec. l.* 8. §. 4. *C. de repud. & judic. de morib. ſublat.* ad divortium ſunt ſufficientes, *arg. d. N.* 117. *cap.* 14.) & ſumma neceſſitate exigente fiat, nam alias ſociam tori verberibus afficere turpe & periculoſum judicant; *Ioh. Harprecht ad* §. 11. *Inſt. de injur. n.* 24. *Carpzov. Iprud. Conſiſtor p.* 2. *Def.* 221. *n.* 3. Non ſolum propter metum quod exindè facile amor conjugalis in exitiale odium verti queat, ita ut uxor mortem viri quovis modo appetat, aut aliter ſe ulciſcendi occaſionem quærat; (Nam noſtrates fœminæ, quod tamen de Ruſſicis tradunt, *vid. Horn. in Orbe Politic. item Gyphan. ad l.* 8. *C. de repud. & Euphormio in Icon. anim. c.* 8. verbera neutiquam ſignum amoris maritalis æſtimant, ſed plagis affectæ vindictæ valdè ſunt appetentes: hac enim nec quiſquam magis quam fœmina gaudet, *atteſt. Iuvenali Satyr.* 13.) ſed etiam ob effectum quem abuſus talis poteſtatis ſecundum leges ſecum ducere ſolet. Quamvis enim Imperator Juſtinianus, *in d. Nov.* 117. *cap.* 14. prohibuerit divortium fieri ob hanc cauſam quod uxor innox malè fuerit tractata, attamen penitus hunc exceſſum impunibilem eſſe noluit, ſed tertium partem antenuptialis donationis propterea uxori addicavit. *d. N.* 117. *cap.* 14. *& Auth.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

& Aurh. ſed Novo C. de repud. & judic. de morib. ſublat.

XIV. Jure Canonico verò; quod in cauſis Eccleſiaſticis & conſcientiarum & perconſequens matrimonialibus, juri civili, tam in terris Eccleſiæ quam Imperii, ut dicunt, præfertur; *Reincking. de R. S. & E. lib. 2. Claſs. 2. cap. 7. n. 11. Rittershuſius in prœm. tr. de different. jur. Civil. & Canon. Schneidewin. part. 4. ad tit. I. de Nuptiis. n. 13.* mulier absque merito durius habita & intolerabili injuria affecta ſeu fuſtibus ac flagellis cæſa, divortium inproprium ſive ſeparationem quoad torum & menſam petere ac impetrare poteſt, *c. 8. & 13. X. de reſtit. ſpol. ibiq. Panormitanus Ioh. à Sande Deciſ. Friſic. l. 2. tit. 6. def. 1. Hieron Schurff. 1. Conſ. 42. per. tot. Anton. Perez. in prælect. ad C. tit. de emendat propinquor. n. 4. Proſper. Farinacius de delict. Carn. quæſt. 143. n. 129. ſeqq. Carpzov. Iprud. Conſiſtor. lib. 2. Def. 210. Ant. Gubert de Matrimon & ſponſ. tit. de Divort.* Modo tanta viri ſit ſævitia ut per ſatiſdationem trepidanti mulieri non poſſit ſufficiens cautio præſtari. Interdum enim periculo non caret ſi fragilitati cautionis ſe mulier committat, quia malevolus animus per hanc ſæpè non mutatur, ſed potius diutius graſſandi facultas præbetur *text. in §. pen. I. de ſuſpect. tutor. Ioan. Chriſtenius de Iure Matrimonii Diſſert. 5. quæſt. 1.*

XV. Divertente ſic uxore maritus non ſolum privatur cohabitatione uxoris, quod quidem multi non magnoperè curarent, ſed, quod fortè magis, ei etiam alimentationis neceſſitas incumbit, niſi bona illata, & quidem ad alimentationem ſufficientia, reſtituta fuerint. *vid. Carpz. Iprud. Conſiſtor. lib. 2. Def. 213. & 214. Struvius Iprud. Rom. German. lib. 1. tit. 9. aph. 5. & Adrian. Beier. in not. ad Schnobel. diſp. Pandect. tit. ſolut. matrimon. dos quèmadmod.* Nam quoniam facta ſeparatione nihilominus ipſum vinculum matrimoniale indiſſectum relinquitur & ſic utraque pars ligata manet, *Ludovic. Bellus Conſil. 65. n. 1. Bernhard Scotanus. Examin. Iurid. ad tit. de Divòrt. & repud. quæſt. 2.* Ergò etiam victum & amictum honeſtum aliaque neceſſaria, non habenti uxori, maritus ſuppeditare tenetur. *c. 11. diſt. 3. l. 14. ff. ut in poſſeſſion. legat. l. fidei commiſſ ſervandor. cauſ. eſſe liceat. Gothofred. ad l. 22. §. 8. ſolut matrimon. dos. l. X. Coler de aliment. lib. 1. cap. 10. & c. 4. n. 23. Andr. Gail. lib. 2. Obſ. 87. n. 1. & 95. n. 7. Struv. S. I. C. Exercit. 29. th. 56. in f. & Exerc. 30. th. 5. & 7. Ioan. Petr. Surdus de Aliment. tit. 1. quæſt. 32. Ioh. Althuſius Dicæologicæ lib. 1. cap. 29. n. 8. add. præ alleg. Epiſt. ad Eph. 5. verſic. 25. & ſeqq. 1 ad Timoth. 5. vers 8. Eruditiſſimus Hugo Grotius de I. B. & P. lib. 2. c. 17. §. 13. vide etiam quæ tradit Farinac. d. quæſtion. 143. num. 236. & ſeqq.*

XVI. Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

XVI. Maritali poteſtate miſſa, transgreſſio ad patriam (quam jus in perſonam & bona liberorum deſcribunt) facienda & quomodo ejus abuſus puniatur remonſtrandum. Olim patria poteſtas erat fermè infinita, dominicæ haud diſſimilis, *vid. Dioniſ. Halicarnaſſ. lib. 2. antiquit. Rom. Georg. Frantzkius Exercit. 2. quæſt. ult.* indeque conditio liberorum patris tyrannici peſſima. Habebant enim poteſtatem Romani liberos indictâ cauſâ necandi, jus vitæ & necis, jus coërcendi, verberandi, vinctos ad opus ruſticum mittendi, diſtrahendi, oppignorandi, exheredandi, abdicandi, omniaque quæ liberi utriuſque ſexus quæſiviſſent vel accepiſſent (ſolo peculio caſtrenſi vel quaſi excepto. *§. 1. I. per quas perſon. cuique acquir.*) ad ſe trahendi *Anton. Perez. Inſtit. erotemat tit. de Patr. poteſt. quæſt. 3. add. Vinnius & Mantzius ibid. Matth. Weſenbec. ad ff. tit. de his qui ſui vel alien. jur. n. 3.* Sed poſteà creſcente una cum Imperio populi humanitate, hæc ſunt emendata & ad humanitatis rationem revocata, ita ut nec crudeliter in eos ſævire, *l. 3. C. de patr. poteſt.* nec eos occidere, *l. 5. ff. ad L. Pompej. de Parricid. l. unic. C. de his qui parent. vel. liber. occid.* nec, niſi in caſu ſummæ neceſſitatis, *vid. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrah.* (quod tamen moribus noſtris amplius non admitti, *teſt. Perez. ad d. t. de Patr. qui fil. diſtr.*) diſtrahere *l. 1. eod. tit.* & oppignorare *l. ult. ff. & l. 6. C. quæ res pignor. oblig. non poſſ.* nec absque juſta cauſa exheredare liceat. *Nov. 115. cap. 3. Corvinus ad Digeſt. d. t. de his qui ſui vel alien. jur.*

XVII. Levior tamen in liberos immorigeros & debitam obedientiam denegantes, juſſaque haud injuſta non exequentes, Patribus eſt reſervata caſtigatio, *l. 3. C. de Patr. poteſt. l. unic. C. de emendat. propinq.* qua quidem neceſſitate poſtulante uti, non autem abuti debent. Quod ſi patres de facto hoc faciant, inque liberos ſæviant, & nimium malè eos tractent, ſeu inhoneſta injungant, (quoniam patria poteſtas non in atrocitate ſed pietate conſiſtere debet. *l. 5. ad L. Pompej. de parricid.*) Judicis implorato officio ad emancipandum coguntur. *l. ult. ff. ſi à parent. quis manumiſſ. fuerit gloſſ. ad §. ult. Inſt. quib. mod. patr. poteſt. ſolvit. add. Herman. Vultejus n. 2. Minſinger n. 2. Weſenbecius lit. b. ad d. §. ult. Gail. lib. 1. Obſ. 17. n. 5.* & ita jura alias competentia eiusque commoda per abuſum, id eſt per diſconveniens huic poteſtati exercitium tolluntur. Non tantum enim operis, miniſteriis & officiis, quæ aliter parentibus jure patriæ poteſtatis præſtandæ, *arg. t. ff. de Obſeq. Parentib. & Patr. præſtand. l. 4. 5. C. de Patr. poteſt. Geneſ. 22. vers 6. Epiſtel. ad Epheſ. 6. vers 1. Althuſius Dicæolog. lib. 1. cap. 30. n. 6. & ſeqq.* carere neceſſe habent, ſed etiam omnia bona, quæ forte aliter quam ex rebus

paternis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

paternis quæſiverunt liberi, eis, nilquicquam retentô, inſuper ſunt extradenda. Nam licet alias jura patri liberos emancipanti retentionem dimidiæ partis, non dominii, ſed uſus fructus rerum adventitiarum concedant. §. 2. *I. per quas perſon. cuique acquir.* tamen hoc ita limitandum, ſi liberalitate Patris filius poteſtatem egrediatur, & non ſecus. *p. l. 5. ſi à parent. quis manumiſſ. l. 6. §. 3. C. de bon. quæ liber Mynſinger ad d. §. 2. Inſt. per quas perſon. cuique n. 4. Mantzius ad eund. n. 8.* Et hæc de abuſu poteſtatis paternæ in ipſam liberorum perſonam ejusque odio dicta ſufficiant: quomodo autem abuſus rerum filiorumfamilias, quarum Pater uſumfructum & adminiſtrationem ordinariè ſibi vendicat, puniatur, in ſequentibus ſuo ordine videndum.

XVIII. Jam progrediendum ad poteſtatem dominicam & videndum quomodo ejus exceſſus puniatur. Antiquitus tantam fuiſſe Dominorum potentiam ut hac abuti non potuerint, tam ex legibus quam hiſtoriis clarum evadit. Competiit Dominis jus vitæ & necis, *§. 1. Inſt. & l. 1. ff. de his qui ſui vel alien. jur.* ſervumque pro lubitu vel ex leviſſima cauſa absque omni pœnæ metu trucidare potuerunt *vid. hujus rei exempl. apud Reinhard. Bacchovium in Comment. Inſtit. ad §. 2. d. t. de his qui ſui vel alien. jur. n. 2.* Poſtea hæc poteſtas Dominis rectè adempta ſaltemque modica & limitata caſtigatio eſt relicta. *l. unic. C. de emendat. ſervor ibique Gothofred. lit. m.* quam ſi excedebant bonis conditionibus ſervum vendere cogebantur, ita ut nunquam in Domini poteſtatem reverteretur. *d. §. 2. ibique DD.* atque in hoc conſiſtebat pœna abuſus. Hodiè nos Chriſtiani ejusmodi homines ſervos, quorum in legibus fit mentio, non habemus, niſi quod ex Turcis aliiſque Barbaricis Gentibus capti pro ſervis inter Chriſtianos cenſeantur, *Dn. Feltmann. prædict. tr. cap. 5. num. 6. & ſeqq. Iohan. Herman. Stamm. de Servitut. perſonal. lib. 1. cap. 4. Ioh. Philippi Uſu practic. lib. 1. Eclog. 32. Struvius Iprud. Rom. German. Forenſ. lib. 1. tit. 3. aphor. 6.* proindeque jus caſtigandi (ſi tales, quod in India Orientali non rarò accidit, poſſideamus) quidem illis, non autem ſervis vel famulis noſtris, quorum operâ hodiè utimur, eſt applicabile: hi enim ſunt homines liberi & ex contractu locationis & conductionis plerumque ad præſtandas operas nobis obligati, & indè nequaquam caſtigationibus Dominorum ſubditi. Proptereaque Hero quoque autor non ero ut præter emendationem verbalem ſibi aliquam realem præſumat, aut injurioſis verbis in famulos ſuos invehat, niſi injuriarum actione pulſari paratus ſit. Dominis namque nulla in honorem & corpus familiarium eſt poteſtas, *quod Mevius notabil. præjudic. probat. in Comment. ad Ius Lubecenſ. lib. 3. tit. 8. art. 10.* niſi famulus ſimul educandus aut in arte in-

formandus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

formandus ſit traditus, quoniam tunc aliqualis caſtigatio non eſt denegandа. *p. l. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil.* Conſultius igitur judico, ſi famulus negligat quæ ſui ſunt officii, aut res Domini vel culpa, vel malitia perdat, illum vel dimittere, quod licet; *arg. l. 3. C. de Offic. Præfect. Prætotior orient & Illyric. vid. poſt. Petr. Rebuffum in tr. de privileg. Scholar. privileg. 136. n. 12. Hippolitus Bonacoſſa in tr. de ſerv. vel famul. quæſt. 79. num. 6.* vel actione conducti ad intereſſe *p. §. f. I. de V. O. l. 13. inf. ff. de re judicat. add. Moller. lib. 2. ſemeſtr. cap. 17.* vel actione L. Aquiliæ qua omne damnum injuria datum reſarcitur. *vid. integ. t. I. ff. & C. de L. Aquil.* vel etiam alia fortè convenienti actione ipſum convenire.

XIX. Dictum in paulo præcedentibus ſervitutem, talem qualem Romani habebant ſeu agnoſcebant, inter Chriſtianos ipſos, (utpote qui capti certo ſoluto lytro ſemper dimittuntur. *Philippi Uſupract. Inſt. lib. 1. Eclog. 37.*) amplius non dari ſed uſu deſiiſſe: interim tamen non inficiandum leges antea de ſervis latas certo modo aliis ſubjectis accommodari poſſe. *Ioh. Herman Stamm. de ſervitut. perſon. lib. 2. Alexander Vol. 3. Conſ. 75. Georg. Schultz. ad tit. Inſt. de jure perſonar. lit. C. Fred. Huſanus de Homin. propr. cap. 2. num. 37. Hieron. Treutler. V. 1. Diſp. 2. th. 2. lit. a. jung. Dn. Hahnius in not ad Weſenbecium lib. 40. tit. 1. n. 1.* Hinc quemadmodum olim Domini propter ſævitiam intolerabilem jure ſuo cadebant, ſic etiam hodiè Domini temporales, veluti Duces, Marchiones, Comites, Barones, aliique Jurisdictionem habentes certo modo Imperio ac jurisdictione privari poſſe, argumentô de Dominio ad Jurisdictionem (quod injure validum eſſe, *probat textus in l. 20. ibique DD. ff. de ſtat. homin.*) ſumpto, plerumque Interpretes tradunt, *ad §. ult I. & l. 1. & 2. ff. de his qui ſui vel alien. jur.* ſi enim Domini territoriales ſuperiorem recognoſcentes ſubditos contra æquitatem nimium gravent, inſolitas operas aut ſervitia indebita aut injuſta exigant, eosve ultra modum debitum collectare, cenſumque ſeu riditus augmentare non dubitent, hi legibus offenſam viam ingredi & ſuperiori ſævitiam & duritiem Dominorum verecundè exponere, *arg. l. 1. §. 1. ff. de Offic. Præfect. Urbi.* ſimulque ejus auxilium & officium implorando impetrare queunt, ut Domino ſub gravi pœna v. g. Banni vel amiſſionis jurisdictionis & Feudi, mandetur ne eos plus ſolito gravet, *a. l. 1. C. in quib. cauſ. Colon. Domin. accuſ. Bald. in §. publici latrones n. 2. 2. Feud. 27. Boërius Deciſ. 132. & 304. Gail. de Pac. Publ. lib. 1. cap. 2. n. 22.* cujus hic effectus, ut Dominus, ſi à ſupperiori commonitus, ab injuſta & inſolita exactione non deſiſtat, jure ſuo cadat, id eſt jurisdictione & feudo

privetur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

privetur; qui enim dominio abutitur indignum ſe facit dominari. *vid. præt. all. Mynſingerum Cent.* 5. *Obſ.* 8. *p. t. Gail. lib.* 1. *Obſ.* 17. *n.* 4. *Reincking. de R. S. & E. l.* 1. *Cl.* 1. *cap.* 4. *n.* 21. *Hartman. Hartmann. lib.* 2. *tit.* 54. *Obſ.* 43. *Matth. de Afflictis in cap. licet n.* 4. *in f. ſi de feud. defunct. content. ſit. int. Domin. & agnat. Vaſall.* 2. *F.* 26.

XX. Nec mirum, quoniam & ipſe Imperator, quando Imperii leges fundamentales violat, fidem datam & juramento confirmatam negligit ipſum Reipublicæ vinculum diſſumpere conatur, quadrata rotundis & candida nigris miſcere ſtudet & ſic Majeſtate abutitur dignitate Imperiali per Proceres Imperii exui poteſt. *Reincking d. tr. lib.* 1. *Claſ.* 1. *cap* 5. *n.* 39. *& ſeqq. Aithuſius Politic. cap.* 38. *à num.* 30. *usque ad* 44. *& poſt. Marc. Zuerium Boxhorn. Inſtit. Polit. lib.* 1. *cap.* 4. *Adam Piſezkii à Kranichfelt tr. de ſtatu ſecul. cap.* 1. *in fin. m. pag.* 207. Princeps enim qui à fide conventionis, capitulationibus & regni legibus recedit & ita ipſa reipublicæ fundamenta everſa cupit, fidem & obedientiam à ſubditis ſperare nequit. *arg. l.* 41. *ubi DD. C. de transaction.* Exempla hoc modo Cæſareo Diademate privatorum habemus in Adolpho & Wenceſlao, ob nobilitatam inertiam, laſciviam, & crudelitatem ab Imperii ſtatibus, Imperio exutis, *teſt. Reincking. d. tr. lib.* 1. *Claß.* 2. *cap.* 2. *n.* 27. *Sleidan. de quatuor. ſumm. Imper. m. pag.* 276. *&* 288. *Simon Bornmeiſter in vita horum Imperator. m. p.* 722. 732. *&* 780. *aliisque Hiſtoric.*

XXI. Ad ſimilitudiuem præcedentium quoque Judex jurisdictione ſuâ abutens eâ ſæpè privatur, *ut tradit Paris de Puteo in tr. de ſindicat. in verſ. Barattariæ & Ioh. de Platea in l. Iudices* 12. *C. de dignit. Iac. Cynus. & Bald. in l.* 2. §. *Dominorum de his qui ſui vel alien. jur.* Nam ſi pretio corruptus, aut gratia inductus malè judicavit amiſſo cingulo ſeu dignitate infamis efficitur & parti quam læſit in ſolidam litis æſtimationem tenetur. *l. ult. C. de pœna jud. qui malè judicav.* Cui Imperator jure Noviſſimo hoc addidit, quod Judex corruptus, ſi cauſa civilis ſit, pecuniæ eo nomine acceptæ triplum & ejus cujus promiſſionem ſuscepit duplum fisco præſtare, ſi verò Criminalis, omnibus bonis confiscatis in exilium mitti debeat. *Nov.* 124. *cap.* 2. Actor verò vel reus qui diffidentia ſuæ cauſæ ſpem negotii in corruptelam pecuniæ repoſuit, niſi ſe ipſum deferat & corruptionem Judicis probet (quo caſu ipſi venia datur) amiſſione cauſæ mulctatur. *l.* 1. *C. d. t. de pœna judic. &c.*

XXII. Quod ſi non dolo ſed per imperitiam malè judicatum, ſecundum jus Civile Romanum litem facit Judex ſuam, id eſt litem adverſus ſe excitat, victusque condemnatur in tantum quantum Judicis ſuperioris religioni æquum videtur, conſiderato nimirum ejus errore aut imperitiâ

pr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

pr. Inſt. de oblig. quæ qs. ex delict. naſcunt. Moribus tamen hoc non amplius obſervari, ſed aliâ viâ parti læſæ ſuccurri, ſunt qui ſtatuunt. *uti poſt Dambauderum, Bugnonium & Chriſtinæum Anton. Perez, ad C. tit. de pœn. judic. qui male judicav. n. 5. item Vinnius ad d. pr. I. de obl. q. qs. ex delict. naſc.*

XXIII. Judex negligens adminiſtrare juſtitiam, ut qui non admittit probationes vel exceptiones; aut non expedit quod ejus officio incumbit, non tantum litem ſuam facit, ſeu actione in factum ad intereſſe tenetur, *Gailius lib. 1. O. 28. n. 7. Schneidewin. ad pr. I. de obl. quæ qs. ex delict. naſc. n. 11.* Sed etiam pati neceſſe habet, ut pars læſa ſuperiorem pro adminiſtranda juſtitia adeat, *Nov. 17. c. 3. Ioh. Koppen. part. 2. Dec. 4. n. 5.* quo ipſo tamen quoad illam cauſam ad minimum jurisdictionem Judex amittit. *Gail. dict. obſ. 28. n. 1.* Imò ſi magna ſit negligentia juſtè in totum ab officio removetur. *l. 3. C. de Offic. Præfect. Prætor. Orient. & Illyr. Proſp. Farinac. quæſt. 111. num. 419. ſeqq. de variis & diverſ. crimin. Fachineus 1. Conſ. 38. n. 54.* Ratio quia magna negligentia in doli crimen incidere dicitur. *l. 1. §. 5. de Obl. & Action.*

XXIV. Quemadmodum autem negligentia aliquem officio privandi licentiam importat, ita juſſio iniquorum ad minimum jacturam auctoritatis. Eô enim ipſe quo Judici iniquè procedenti vel injuſta jubenti reſiſtitur, quod, (dummodo fiat ordinatè, id eſt, ita ut non venienti ad factum, non facto ſed non parendo, venienti verò ad factum quo terminos officii ſui & jurisdictionis excedit, facto reſiſtatur. *Farinacius quæſt. 32. num. 10. & ſeqq. de Tortur.*) ipſo jure licitum eſt, *p. l. 5. C. de jure fiſci. l. 5. C. de metat. & epidemet. l. 5. C. de executor. Chriſtop. Guntzelius & Everhard. Bronchorſt ad l. 167. §. 1. ff. de R. I.* proculdubio Judicis autoritas ac reſpectus communi hominum opinione levior evadit, quam tamen diminutionem exiſtimationis, non privato reſiſtenti, ſed proprio facto, quod ut plurimum vel ex privatis affectibus vel jurium ignorantia originem trahit, adſcribendam habet judex; nam privatus jure conceſſo tunc eſt uſus, indeque nulli neque injuriam neque vim, neque damnum intuliſſe dici poteſt. *p. l. injuriarum 13. ff. de injur. l. 55. l. 151. & l. 155. §. 1. ff. de R. I. Franciſc. de Amaya ad d. L. 5. C. de Iure Fiſc. n. 10.*

XXV. Clericis ſeu Sacerdotibus quoque quædam competit poteſtas in in auditores ſuos Parochiales, quæ tamen verbalis inque monendo & corrigendo conſiſtere debet. Hac abutentes modumque corripiendi transgredientes, ea quidem non privantur; nam quamdiu Eccleſiæ præſunt illa carere nequeunt; non tamen abuſio absque omni pœna relicta eſt. Quare ſi pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

ſi pro concione aliquam certam perſonam injurioſis verbis notarint aut criminis quem inſimularint, injuriarum conveniri, adque recantandum compelli poſſunt. *arg. l. 32. ff. de injur. Struv. Exerc.* 48. *th.* 56. *Carpzov. pr. Criminal.* 2 *quæſt.* 96. *n.* 19. *Iul. Clarus* 5. *ſentent.* §. *injuria n.* 1. Horum enim verbalis caſtigatio ex pietatis zelo, non ex privato affectu aut calumniandi libidine proficiſci debet. *Reincking. d. tr. de R. S. & Eccleſ. lib.* 3. *Claſſ.* 2. *cap.* 2. *num.* 6.

XXVI. Similiter Tutoribus, Curatoribus ſeu rerum Adminiſtratoribus quædam à jure conceſſa eſt poteſtas, §. 1. *Inſt. l.* 1. *ff. de Tutor.* quâ ſi dolô abutantur eâ privantur, §. 9. & 12. *I. de ſuspect. tutor.* & inſuper infamiam (niſi fortè ſit perſona conjuncta cujus famæ meritò parcendum §. 2. & *l.* 9. *ff. de ſuſpect. tutor.*) incurrunt, §. 6. *eod.* quia omnes ob proprium dolum condemnati infamia notantur, *l.* 1. *ff. de his qui notant. infam.* dolus enim infamat & omnia judicia dolum vindicantia. *l.* 1. §. 4. *ff. de dolo. l.* 1. & 3. *ff. de ſepulchr. violat. Weſenbecius in Cod. tit. de dolo malo. n.* 3. Secus eſt ſi poteſtate ſua culpâ abutantur; nam licet hæc remotionem importet, non tamen infamiam. *d.* §. 6. *Inſt. de ſuſpect. Tutor. vel Curat.* Et hæc de odio abuſus poteſtatis in perſonas competentis allata exempla ſufficiant: Jam quoque odium abuſus rerum nonnullis exemplis, ad firmandum ſuperius allatum axioma, remonſtrandum.

XXVII. Sic abutens privilegio illud amittere meretur. *c. privilegium* 11. *q.* 3. *l. Iudæos* 11. *C. de Iudæis Gail. de Arreſtis cap.* 10. *Thomas* de *Thomaſettis. Flor. leg. Reg.* 251. *fallent.* 1. *Carol. Tapia ad l. fin. p.* 2. *c.* 7. *in pr. ff. de conſtit. Princip. Mager de Advocat. armat. cap.* 6. *n.* 355. & *c.* 16. *n.* 637. Hinc ſtudioſus deſidioſus aut vagabundus, qui ſtudiis animum non applicat, non gaudet privilegiis, licet in album vel matriculam univerſitatis ſit receptus *p. l.* 16. *C. de Militar. Teſtament. ibique DD. l.* 52. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Quapropter ſi civitas vel Reſpublica ſolita ſit dare aliquid menſtrui vel annui ſubſidii ſtudioſis, meritò excluduntur, qui non omine & nomine ſimul ſed verbis tantum ſunt ſtudioſi. *vid. Gail. lib.* 2. *Obſ.* 118. *n.* 8. *ſeqq.* privilegium enim ſtudiorum cauſa datum, hac ceſſante meritò ceſſabit. *p. c.* 60. *de appellat.*

XXVIII. Similiter abuſu ſervitutis ſervitus amittitur, *l.* 110 §. 1. & *l.* 18. *ff. quib. mod. ſervit. amitt.* non tantum realis ſed & perſonalis, ſi enim uſufructuarius proprietatem inſigniter deterioret, cædendo arbores frugiferas vel ſimile grave damnum dando, uti frui à Domino juſtè prohibetur. §. 3. *Inſt. de Uſufruct. Weſenbec. num.* 8. *ff. quib. mod. uſufruct. amittat. Ioachim. Schnobel. Diſp. Pandectar.* 6. *n.* 12. *Struv. Iuriſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

prud. Rom. German. lib. 2. aph. 19. tit. 8. idem S. I. C. Exercit. 12. th. 34. Ioh. Iacob. Schutz. Compend. Lauterbach. tit. Vſufructuar. quemadmod. caveat. lit. e. ubi hanc commun. Doctor. opin. eſſe tradit.

XXIX. Patri quoque legibus uſusfructus & legitima adminiſtratio in bonis liberorum adventitiis eſt tributa. *l. 1. C. de bon. Matern.* inſuperque onus præſtandæ cautionis uſufructuariæ remiſſum. *l. 8. §. 4. in f. C. de bon. quæ liber.* Quod ſi tamen immineat diſſipationis periculum & pater immobilia non poſſideat, cautionem præſtare obſtrictus eſt. *Carpzov. Iurisprud. Forenſ. p. 2. Conſt. 10. Def. 9. num. 8.* & ſi poſteà nihilominus ea diſſipet & liberis ſua adminiſtratione valdè noceat & damnum irrecuperabile cauſetur, rectè eâ Patrem privari dicunt. *Alexander in l. Imperator 50. ff. ad SCt. Trebellian. n. 6. Arius Pinellus in p. 2. d. l. 1. n. 33. C. de bon. Matern. jung. Conſultationes ſaxon. oper. Petr. Fried. Mindan. edit. lib. 1. quæſt. 30. p. t.*

XXX. Item dominium & jus in re habens, ſi illud non tanquam diligens Paterfamilias exerceat, ſed illud negligat, uſucapionem ſeu præſcriptionem contra ſe introductam eſſe ſciat, cujus effectus hic eſt, ut elapſo tempore lege definito illud Domino adimat & poſſidenti adjiciat. *t. t. Inſt. de Vſucap. & præſcript. ibique DD. l. 1. l. 3. ff. de Vſurpart. & Vſucap. Iuſt. Sinold. cognomento Schutz. Exercit. Inſt. 7. th. 4. & 5.* quia, qui tanto temporis ſpatio rem ſuam apud alium exiſtentem non repetiit nec in eam inquiſivit, fictione ſeu interpretatione juris pro derelicto illam habere cenſetur, proptereaque tanquam res nullius occupanti acquiritur. *§. 12. Inſtit. de Rer. Diviſ. Ioann. Harprecht ad pr. Inſt. de Vſucap. & præſcript. n. 46.*

XXXI. Pòrro, licet illis, qui rerum Domini earumque liberrimam adminiſtrationem habent, regulariter non ſit interdicta donatio, *arg. t. t. Inſt. ff. & C. de Donat.* (eſt enim liberalitas, *l. 1. pr. & 29. ff. de donation.* & ſic per conſequens virtus, *vid. Adam Spengler. Exercit. Ethic. 7. art. 1. præcept. 1.* quæ prohibitionem non meretur) indeque perfecta ordinariè dicatur irrevocabilis; *l. 3. 4. 5. C. de Revoc. donation.* tamen, ſi Donator virtute hac ſit abuſus, & ſummam 500 ſolidos excedentem & actis non inſinuatam, aut tantam, ut liberi vel parentes legitimam ſalvam habere nequeant, alicui donaverit, non in totum, ſed in tantum, ad præſcriptam ſcilicet in legibus ſummam revocari poſſe, certum eſt; *p. l. 34. pr. C. de Donat. Nov. 162. cap. 1. §. ult. l. 1. 2. 7. C. de inofficioſ. Donat.* Obſervando tamen, nonnullas donationes ob ſingularem favorem & privilegium inſinuationis neceſſitati eſſe exemptas. *quas vide in l. 34. l. pen. pr. & §. 1. 2. C. de Donat.*

XXXII. Ita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

XXXII. Ita, quando aliquis bona ſua dilacerando & diſſipando profundit & luxurioſè vivit, neque modum & tempus expenſarum facit, meritò Magiſtratus rationem utilitatis publicæ habens: vel ad inſtantiam proximorum vel ex officio, *p. l. 12. §. ult. ff. de Tutor. vel Curat. dat* talem prodigum declarat, qua declaratione, ſi legitimè, hoc eſt omnibus circumſtantiis inſpectis, & vocatis amicis, conſanguineis & vicinis, imò & illo ipſo, qui prodigus declarandus, facta, (de unoquoque enim negotio præſentibus omnibus quos cauſa contingit, judicari oportet. *monent. ICto in l. 47. ff. de re judic. l. 39. ff. de adoption.*) ipſo jure bonorum adminiſtratio & obligandi licentia auffertur. *p. l. 40. ff. de R. I.* quia furioſo ſimilis habetur, in contractibus nimirum damnoſis, nam in contractibus lucroſis pupillo æquiparatur, quare quemadmodum hic meliorem ſuam conditionem facere poteſt, etiam absque Tutoris auctoritate, *pr. I. de autor. Tutor.* ſic [quoque Prodigus. *l. 6. ff. de Verb. Obl.* In delictis verò ut quivis alius uſu rationis non deſtitutus conſideratur propterea que ad ſuſtinendam ordinariam pœnam obligatur. *Carpzov. pr. Criminal. 3. quæſt. 118. num. 27. Clarus lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 60. n. 11. Guntzelius ad d. l. 40. ff. de R. I. Limit. ult.*

XXXIII. Parimodò, licet Maritus ſubtilitate ac fictione juris, *l. 30. C. de jur. dot. Dn. Feltmann. d. tr. cap. 18. num. 28.* dicatur Dominus dotis, *pr. Inſt. quib. alienar. licet vel non l. 1. §. 1. l. 13. §. 2. ff. de fund. dotat.* & hæc, quoniam oneribus matrimonii inſervit, *l. 76. ff. de jur. dot.* conſtante Matrimonio regulariter repeti nequeat; *l. unic. ſi dos conſt.* attamen ſi maritus hac malè uti incipiat, uxorem illam repetere, parpahernaliorum adminiſtratione prohibere ac ipſi jus ſuum aufferre poſſe, conſtat. *ex l. 29. & 30. inf. C. de Iur. dot. Nov. 97. cap. 6. pr. add. Gail. lib. 2. Obſ. 83. n. 4. & 11. Gryphiander Oeconom. legal. lib. 1. cap. 33. n. 120. & ſeqq. Ioh. Vaudius Variar. quæſt. lib. 2. q. 3. n. 11. in fin.*

XXXIV. Notum etiam eſt contractum Locationis-Conductionis utrinque eſſe obligatorium, neque regulariter ulli, invito altero, ante finitum locationis tempus à contractu recedendi licentiam eſſe conceſſam: *§. 4. Inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Quod ſi verò Conductor in re locata vel naturaliter, (rem ſcilicet inſigniter deteriorem reddendo) vel moraliter (meretrices, lenones, fures & ſimiles recipiendo) malè verſetur, illum expelli poſſe, neutiquam eſt dubitandum. *fac. l. 3. C. Locat. Conduct. Chriſtinæus Vol. 3. deciſ. 115. n. 10. Ripa de Peſte rubr. de privileg. contr. cauſ. peſt. num. 29. 30.* adeo ut neque præcedens renunciatio dictæ L. 3. vel pactum de non expellendo conductorem ante finitum locationis

tempus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

tempus, in hoc caſu expulſioni obſtet. *Cl. Samuel. Stryck in Colleg. M. S. de Cautelis Contract. ſect. 2. c. 8. §. 10.* Ratio: quoniam tale pactum ad delinquendum invitaret & contra bonos moros eſſet, cujusmodi tamen pacta pro obligatoriis non agnoſcimus. *p. §. 10. Inſt. de inutit. ſtipul. l. 15. ff. de condit. Inſtit.*

XXXV. Ut autem Conductor propter abuſum rei conductæ expellitur ſic ſimiliter res emphiteutica ſeu ager vectigalis notabiliter deterioratus (non minus ac propter non ſolutum canonem, in Eccleſiaſtico per biennium, *Auth. qui rem C. de S. S. Eccleſ.* in Seculari per triennium *l. 2. C. de Jure Emphiteut.*) Emphiteutæ auffertur & præterea ad totius temporis præteriti penſionem ſolvendam & cauſatam deteriorationem reſarciendam tenetur. *d. Auth. qui rem. C. de S. S. Eccleſ. Nov. 120. c. 8.* In arbitrio tamen Domini poſitum eſt, velitne ad privationem agere, an vero canonem ac intereſſe exigere. *p. d. l. 2. C. de jur emphyt. jung. l. 5. C. de Obl. & Act.*

XXXVI. Variis quoque ex cauſis Vaſallus amiſſione Feudi mulctatur. *quas vid. 2. Feud. 24.* & *paſſim* Multi ac non infimi ſubſellij Doctores non dubitarunt illas includere huic axiomati: Quæcunque cauſa ad divortium, exheredationem & donationis revocationem eſt ſufficiens, illa quoque ad amiſſionem feudi; *vid. Ioh. Goeddæus Diſp. Feudal. 9. th. 5. Ioh. Niellii controverſ. feudal. Diſp. 8. th. 2. & ab his magno agm. adduct.* ſed an hæc univerſaliter vera dici queat, unicuique perpendendum relinquo. Hic ſaltem abuſionem ſeu deteriorationem feudi attingam, ut quæ in duobus potiſſimum capitibus conſiſtit, prædio nimirum ipſo, ac hominibus ſeu ſubditis, ſi nimirum feudum eſt Regale vel Nobile, ſeu, ut alias dicunt, conjunctum habet Imperium & Jurisdictionem: Nam non minus ob deteriorationem feudi, quam ob malè tractatos ſubditos Vaſallus à Domino jure ſuo privari poteſt. *per text. 2. F. 8. §. è contrario 2. F. 27. §. quicunque 7. Herman. Vultej. de feud. lib. 1. cap. 11. n. 36. inf. & 39. ibique allegat. item Ioachim Schnobel.* Diſp. *feud. 10. th. 18. & 20. Struv. S. I. Feud. 15. aph. 5. n. 1. Hubert. Giphanius de jure Feudor. cap. 14. n. 1. ejusdemque* Diſp. *Fendal. 1. th. 18. Iohan. Rudinger Enchirid. Iur. feud. cap. 20. caſu 34.* Quod ſi tamen partis alicujus ſaltem fiat deterioratio, Vaſallum non toto feudo, ſed parte qua abuſus eſt (quod etiam in Emphyteuſi. *vid. Carpz. p. 2. Conſt. 38. def. 23. & 24.* & Uſufructu procedere dicunt. *arg. l. 14. quib. mod. uſufruct. amittit. vid. Compend. Lauterbachian. tit. Uſufruct. quemadmod. caveat. lit. E.* privari volunt Doctores; ne ſcilicet pœna delictum excedat; *per l. 22. C. de pœn. add. Hugo Grot. de I. B. & P. Lib. 2. c. 20. §. 1. n. 1. 2. 3*

ni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

niſi alicujus partis deterioratio in totius feudi damnum & gravem deteriorationem fortè redundet. *vid. Schnobel d. diſp. th.* 19.

XXXVII. Aliis exemplis omiſſis, ulterius procedendum, odiumque abuſus actionum perluſtrandum. Abutitur autem quis actionibus, quando eas vel proponere negligit, vel præmaturè vel juſtô modô non inſtituit. Qui illas planè negligit, & intra tempus legale aut à jure præfinitum non inſtituit, harum amiſſione punitur, & nunquam ad illas, exceptione nimirum præſcriptionis obſtante, *t. t. de diverſ. & temporal. præſcript.* niſi fortè impetrata in integrum reſtitutione, nanciſcitur regreſſum. Quodnam autem tempus unicuique actioni, intra quod eam quis exercere queat, à jure ſit tributum, quæque uniuscujusque natura, hic proponere inſtituti ratio non permittit, quoniam alias in volumen hæc abiret diſſertatio. Cui placet, videat integros Clariſſimorum virorum de Actionibus conſcriptos tractatus, *inter quos Chriſtiani Krembergii ICti, quondam apud Wittebergenſes, Clariſſimi, ſibi non ultimum vendicat locum. Item Reinhard Bacchovii. Iohan. Oldendorpii. Barthol. Leonhard Schwendorfferi. Daniel Claſen. Alph. Fernandez. de Otero.*

XXXVIII. Præmaturè actiones inſtituit, qui illas ante diei vel conditionis eventum coram Judice proponit. Olim ſic plus tempore petens duriter agebatur, cadebat enim cauſa, id eſt totum debitum amittebat. Novo jure quidem hæc, non tamen omnis in præmaturè petentes ceſſat pœna: inducias enim, ſecundum conſtitutionem Zenonianam, quas actor ſponte indulſit, vel natura actionis continet duplicare tenetur, refuſis inſuper Reo cauſatis expenſis. §. 35. *Inſt. de action. &* §. 10. *de Exception.* Conſuetudine hodiernâ verò pœnam Zenonianam (quamvis neque Jure Civili neque Saxonico reperiatur correcta, ſed adhuc inſuper jure Canonico confirmata, *in c. unic. tit. de plur. petit.*) quoad inducias non obſervari ſed ſaltem actorem ad refuſionem expenſarum condemnari, ſalvo jure denuo agendi poſt evenientiam diei, affirmant Doctores: *poſt Reinhard Zobelium & Matth. Colerum, Georg. Schultz. Synopſ. Iuſtit. ad tit. de Action. lit. y.*

XXXIX. Juſtô modô denique non inſtituit & perſequitur actiones, qui eas coram competente Judice non proponit, vel ſibi ipſi Judex exiſtit, vel denique illas violenter, propria autoritate & extrajudicialiter exercet. Prioribus modis quidem actiones non amittit, ſed ſi fortè ſententia fuerit lata, nullius eſt momenti, nec unquam in rem judicatam transire poterit, *t. t. C. ſi à non competent. Iudic. judicat. & t. t. ne quis in propr. cauſ. judic. ibique Interpret. jung. Octav. Cachenanus Conſ.* 69. *n.* 13. & *ſeqq. ubi poſt. alios expreßè affirmat, nec Ducem neque Comitem*

C

ſupe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

ſuperiorem recognòſcentem, Judicem legitimum in propria cauſa exiſtere poſſe. Bartholom. Cheſius interpretat. jur. lib. 2. *cap.* 6. *num.* 13. Poſteriori verò, quando nimirum actiones, non in judicio exercet, ſed rem jure in re vel ad rem ſibi debitam, propria autoritate (putans hoc ſibi licere) violenter auffert, jure vel dominio, alias ſibi competenti privatur; ſi alienam, quam tamen ſuam eſſe exiſtimat, duplum reſtituere cogitur §. 1. *Inſt. de Vi bonor. raptor. l.* 13. *ff. quod met. cauſ. l.* 7. *C. unde Vi.* Talem enim Doctores de hac re conſtituunt Regulam: Quicunque auffert rem ſuam propria autoritate violenter, ille perdit dominium; qui alienam & ſibi debitam, perdit jus ſuum, qui prorſus alienam, quam tamen ſuam vel ſibi debitam eſſe putat, præter rei reſtitutionem etiam ejus æſtimationem præſtare cogitur. *Schneidewin ad d.* §. 1. *Inſt. de vi bon. rapt. Nicol. Vigel. meth. jur. Civil. lib.* 24. *c. f. cauſ.* 35. *Farinac. de Furtis quæſt.* 157. *p.* 1. *per tot.* Ita tamen hoc intelligendum, ſi Judicis copia haberi queat, & hic juſtitiam adminiſtrare non deneget; nam ubi ejus copia deficit, aut juſtitia denegatur, periculumque in mora conſiſtit, ibi rectè ſibimetipſi quilibet Judex exiſtit. *vid. t. C. quando liceat unicuique ſine judic. ſe vindicar. & ad hunc Interpret. Joh. Koppen p.* 1. *Dec.* 29. *n.* 8. *Didac. Covarruvias lib.* 1. *Var. Reſol. c.* 2. *n.* 14. *Hugo Grotius de I. B. & P. lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. & 16. Sic propria autoritate debitorem fugitivum cum rebus ſuis comprehendere & mihi debita auferre poſſum, *p. l. ait Prætor.* 10. §. 16. *ff. quæ in fraud. Credit. Mynſinger. l.* 4. *Obſ.* 69. *n.* 11. *Koppen. d. Dec. n.* 7. *Petr. Peckius de Iure ſiſtendi. cap.* 8. *n.* 7. Melius enim eſt ſibi vigilare & intacta jura ſervare quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. *l.* 1. *C. d. t. quand. licet unicuique ſine judic. jung. l.* 24. *ff. in fraud. credit.*

XL. Ad demonſtrandum odium Abuſus legale ſufficere puto propoſita exempla. Infinita fermè alia addi potuiſſent, niſi brevitati ſtuderem & veritatem propoſiti axiomatis hiſce allatis ſatis firmaſſe mihi perſuaſum haberem. Percurrat quis univerſum jus noſtrum & videbit leges omnem abuſum odioſum habere, mox enim illum ſubdunt actioni *L. Aquiliæ*; (e. g. quando Præceptor limites Jurisdictionis ſcholaſticæ egreditur & vulnera baculis puerorum capitibus iucutit. *p. l.* 5. §. 3. *in f. ff. ad L. Aquil.* illius namque ſævitia culpæ aſſignatur, inquit *ICt. in l.* 6. *eod.* Aut quando quis viribus ſuis abutitur arboresque alterius frangit aut ſtructuram alienam demolitur. §. 13. *I. l.* 50. *ff. ad L. Aquil.* Mox Commodati, quando Commodatarius rem commodatam abutendo vel deteriorem vel planè inutilem reddidit *l.* 3. §. 1. & 2. *l.* 17. §. *f. ff. Commodati vel contr.* mox pœnæ arbitrariæ, mox actioni infactum ad intereſſe, non

ſolum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

ſolum Civili ſed & Prætoriæ, mox actioni injuriarum, mox Syndicatus, mox Criminalibus perſecutionibus; ſic Judex jurisdictione ſua abutens & iniquè aliquem carceri injiciens incidit in Syndicatum; *Carpzov. Prax. Crimin. p. 3. quæſt.* 111. *n.* 70. prætereaque injuriarum convenire poteſt. *l.* 32. *ff. de injur. Iac. Menochius A. I. Q. lib.* 2. *caſ.* 340. *n.* 8. item actione in factum ad præſtandum damnum ac intereſſe. *Farinac quæſt.* 111. *num.* 135. *& ſeqq. de Var. & diverſ. Crimin.* Inique torquentis pœna publica, eſt arbitraria *Farinac. d. q.* 111. *num.* 579. *Weſenbec. ad ff. tit. de quæſtion. num.* 8. (tortoque etiam L. Aquiliæ & injuriarum competit actio.) quandoque capitalis, quando, dolo ipſius, tortus obiit. *p. l.* 1. §. *præterea ff. ad L. Cornel. de Sicar. Menoch. d. l. num.* 3. *&* 13. *Farinac. de indic. ad Tortur. quæſt.* 37. *n.* 111. *&* 112. *Carpz. p.* 3. *q. q.* 127. *n.* 7. Ita quoque, ſi ſæpiſſime orientes controverſiæ de agrorum limitibus ſunt dirimendæ, opera periti Menſoris requiri ſolet, qui, ſi hac divinitus hominibus conceſſa & reipublicæ admodum neceſſariâ ſcientiâ (uti hoc elogium univerſis Mathematicis ſcientiis rectè accommodat Chriſtophor. Nottnagelius *ſuper Matth. quondam in Alma Leucorea Prof. Publ. famaque haud vulgaris eruditionis maxime clarus in Epiſtol. dedicator. ſynopſ. ſuæ Mathemat.*) dolo vel culpa lata abutatur, falſum modum ſcilicet renunciando *l.* 1. §. 1. *ff. ſi Menſ. fals mod. dixer.* actione in factum prætoria ad intereſſe, ei & ejus heredibus in cujus præjudicium falſo reuunciatum, tenetur. *l. d.* §. 1. *&* 5. *eod.*

XLI. Quod autem dixi omni abuſui à jure ſtatutum eſſe pœnam, illud non de quavis exigua abuſione, hæc enim non venit in conſiderationem, *p. l.* 4. *ff. de in integr. reſtit. l.* 9. *in fin. de dolo l.* 4. §. *f. de ædil. edict. l.* 37. *de evict. l.* 1. *C. ſi adverſ. vendit. pignor.* ſed de tali quæ Reipublicæ vel ſociis Civitatis damnoſa cumque horum detrimento conjuncta eſt, intelligendum volo; quamvis non negandum, quemlibet abuſum rerum intrinſecam quandam & naturalem pœnam, quam diminutionem patrimonii dico, concomitantem habere.

XLII. Sed antequam huic diſſertationi finem imponam, unicum hoc adhuc pro obſervatione ſubjungendum erit, quod pœnis in abutentes conſtitutis nemo unquam affligi queat, niſi præcedente cauſæ cognitione, id eſt ordine judicario ſervato & ſubſecuta ſententia declaratoria *p.* §. 7. *Inſt. de ſuspect. tutor. & curat. l. ult. ff. ubi pupill. educar. vel mora. debeat.* 1. *F.* 21. §. *ſancimus ibique Gothofred. Weſenbec. ad* §. 2. *I. de his qui ſui vel alien. n.* 6. *Richter dec.* 84. *n.* 9. *Gyphan. de Iure Feudor. cap.* 14. *n.* 33. *ibique citatus Iaſon.* abſentem enim, vel inauditum ad unius partis inſtantiam condemnare Divinæ pariter ac humanæ prohibent leges. *Sebaſtian.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16

baſtian Vantius de nullitat. proceſſ. & ſententiar. rubr. de nullitat. ex defect. citat. n. 3. & 8. Laurent. Sylvanus Conſil. 64. num. 21. Reinckings Bibliſche Policey lib. 2. axiom 51. nam accuſare non ſufficit ubi probatio requiritur, *Ammian. Marcellin. lib. 18. Rer. geſtar. circa pr.* quia, ſi hoc ſufficeret, nemo inſons maneret, præſertim hiſce exulceratiſſimis temporibus, in tanta obtrectatorum & ſpurciſſimorum palpatorum frequentia, qui *Vanos circa palatia fumos vendunt* & ſæpiſſimè iunocentes, in auditos apud Principes in ſummum diſcrimen vitæ, honoris & bonorum abducunt. *Gail. de Pac. Publ. lib. 1. cap. 5. n. 3.* Magnopere itaque in leges ac juſtitiam committunt ſuoque abutuntur Imperio ac Jurisdictione qui Officialem ad unius vel alterius accuſationem ſtatim, non audita prius ejus reſponſione & defenſione, officio removent; Munere namque ſuo antequam quis privetur audiendum eſſe in ſuis defenſionibus per remedia juris ordinaria, etiam poſſeſſoria, juſtè ac intrepidè Juris noſtri ſtatuunt Doctores *Hieron. de Cevallos practicar. Quæſt. commun. contra comm. 425. num. 19. David Mevius part. 2. Dec. 12. n. 8. in not. Petr. Anton. de Petra de poteſt. Princip. cap. 39. n. 4. Ioh. à Snnde deciſ. ult. lib. 5.* Proindè, contra omnem æquitatem ac juſtitiam abſque præcedente cauſæ cognitione officio dejectum, nilquidquam peccare autumo, ſi ſuperiorem aggrediatur, deque illata injuria conqueratur, atque ſe cum omni cauſa in priſtinum reſtitui petat ac impetret; contra enim injuſtè dejicientem non minus quam contra ſpoliantem, mandata reſtitutoria, ſalvo jure ac juſtitia à ſuperiore denegari non poſſe, indeque etiam in Cammera Imperiali, (quam auguſtiſſimum, magnificentiſſimum, nobiliſſimumque totius imperii, imò terrarum orbis, vocat Conſiſtorium, Petrus Frederus, *in Epiſt. dedicator. lib. 1. de proceſſ. extrah. jung. Zaſius ad l. cognitionem ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.* hujusmodi evenienti caſu, ad implorationem ſine Clauſula decerni, cuilibet indubitatum eſſe cenſeo. *vid. poſt. Gylmannum id atteſta. Iacob. Blume Proceſſ. Cammeral. tit. 34. num. 150. & 151.*

Hæc ſunt quæ in præſentiarum de odio abuſus proponere volui. Plura quidem, ut dictum, his jungi potuiſſent, ſed nec inſtituti ratio depoſcit nec anguſtia temporis permittit.
Vela igitur hic contraho inque nomine
Jehovæ, in quo incepi,
FINIO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
325 A 16